



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Ivlii Fatii S. J. Liber De Mortificatione Nostrarvm
Passionvm, Prauorumque affectuum**

Fazio, Giulio

Köln, 1604

De Abnegatione appetituum carnis, & illusionem ac fallacia quadam, quæ in illa accidere solét. X.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60991](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60991)

DE MORTIFICAT. 99

nam contundunt, breui eos debiles & dolore consternatos efficiunt; Ita & hic deuenire, proinde qui viriliter pugnat, maiorem indes de hostibus victoriam reportabit, ac tandem ad illam pacem & quietem perueniet, quam B. Dorotheus huiusmodi bellatoribus his verbis promittit. *Qui principio sibi vim fecerit, atque resistit, & paulatim pugnare perrexerit, proficiet, & deinceps pacem & quietem consequetur.*

Doroth. serm. 10.

CAPVT X.

De Abnegatione appetituum carnis & illusionis ac fallacia quadam quæ in illa accideri solet.

Objectum, quod sibi quisque in prædicta Abnegationis exercitatioe proponere debet, est ipse homo: Abnegat semetipsum, monet Christus. Quia vero homo duabus constat partibus, corpore scilicet & animo, passionesq; naturales & habitus habet: necesse est, vt hæc nostra Abnegatio ad vtramq; partem se extendat, id est, vt Dei seruus tam corpori, quàm anime suæ indefinenter deneget omnia, quæ contra legem diuinam ac rationis rectitudinem postulant. Ducto igitur initio à corporis siue carnis abnegatione, affiimo

Cass. li. 5. Inst. c. 16.

¶

siatio

ciationem. Illud esse cunctorum luctaminum
 veluti quoddam solidissimum fundamentum,
 vt primitus carnalium desideriorum incen-
 ua perimantur. Nam nullus, carnis propria
 non deuicta, legitime poterit decertare. Et hoc
 duplici de causa. Primò: quia cum caro sit
 quoddam spiritus instrumentum, nisi hac
 per Abnegationem accommodetur &
 aptetur ad illius obsequium & imperium,
 fieri non poterit, vt homo eam domet,
 & ad propositum finem dirigat: Altera cau-
 sa est, quia primi insultus, quibus hostis
 infernalis Dei seruum inuadit, fiunt in car-
 ne; quia cum ipse hostis sit bellator exer-
 citatus simul ac superbus; vt exercitatus
 inuadit nos ea parte, quam nouit in nobis
 esse debilissimam; vt superbus, dedigna-
 tur maioribus tormentis eum inuadere &
 oppugnare, què minoribus expugnati no-
 uuit. Nec bellis robustioribus, inquit Cassia-
 nus, atitari dignum est eum, qui potest deuti-
 leniori conflictu. Et paulò post. Non meredi-
 mur, mentis robore cõquisito, grauiores pugnas
 nequitiarum celestium experiri, qui carnem fragi-
 lem spiritui nostro subiugare nequimus. Ita
 secum pugnat Apostolus, qui de se ipso
 Castigo, inquit, corpus meum, & in seruitutem
 redigo. Idemq; ab alijs volebat fieri, cū scri-
 bès ad Romanos ait: fratres, debitores sumus
 non carni, vt secundam carnem vinamus. Si
 enim

Cassian.
 li. 5. Inst.
 cap. 13.

Rom. 8.

non secundum carnem vixeritis, moriemini. Imò verò Christi imitatores ad hoc obligatos esse, testatur cum dicit: *Qui autem Cal. 5.* sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs suis. Et B. Nilus Abbas, docēs nos, quomodo sit aduersus carnem præliandum; Pabulum, inquit, est ei detrahendum; cupiditatum vitiorumque pabulum sunt species & imagines rerum secularium sensibilibus, quæ cupiditates & vicia nutriunt, arment que aduersus animam.

Quæ doctrina licet Religiosis omnibus sit vtilissima; Nouitijs tamē præ ceteris est maximè necessaria, ob rationes, quas idem S. Abbas Nilus affert, cum ait: *Consulendum est ijs, qui nuper à mundi tumultu discesserunt, ut quietè & silentiū colant, caueantque, ne frequentius in publicum prodendo vulnera per sensus accepta cogitationes reuertent, ne de antiquis peccatorum similitudinibus alias formas adiungant: mens enim eorū, qui nuper à militia discesserunt, similis est corpori ex diuturno morbo conualescere incipienti, quod, nondum viribus confirmatis, quolibet Bern. ser. 6. ad so-* effectio grauiorem in morbum appellit. Vnde S. Bernardus hæc eadem de re loquens: *Orrorem.* *maus, inquit, noua conuersio adhuc pristina vitæ habet permissionem. Quare cum isti AEgypti farina sint adhuc aspersi, meritò cautiōres & prudētiores esse debebunt, ne in eadem*

E 3. eadem

eadem desideria, & affectus earum rerum
recidant, quas semel in mundo relique-
runt.

Sed ut ad Abnegationem carnis,
vnde sumus digressi, redeamus, de qua
hoc capite agere instituimus, animadu-
tendum est, ut in discretio & imprudentia
in maceranda carne merito reprehenditur
propter impedimenta, quæ rerum maiori
momenti exercitationibus afferre solet
ita nimia prudentia & discretio in hac par-
te vituperatur; hæc enim multos in mani-
festa sæpè conuicit pericula, qui sub boni
alicuius prætextu incurrunt damnum plane
irreparabile. Huiusmodi fortasse possit esse
illud, cū quis ad conseruandam corporis
valetudinē, anxie cōmoditatibus ac rela-
xationibus quibusdā inhiat, quæ non solum
sue professionis statui cōsentaneæ nō sunt,
sed & corporis valetudini, quæ rari studio
procurat, obstant; & ipsi etiam spiritali
mentis sanitati, quæ omnibus aliis rebus
præferenda est, non leue damnum afferunt.
Hinc experimento discimus, non reperiri
homines magis ægros, quàm eos, qui ve-
rigritudinem vitent, sub titulo & prætextu
inualetudinis, suorum se commodorum
& appetituum seruituti tradunt. Etiam si
noceat, dicit, S. Augustinus, prodesse credunt,
quod delectat.

*D. Augu.
in Reg.
cap. 23.*

Illud

DE MORTIFICAT. 103

Illud præterea hoc loco obseruandū est, quod corpori nostro non nisi duo debent, carere nimirum & valetudinem; illa necessaria, hæc autem conueniens est: necessaria illa est, propter obligationem, qua tenemur corpori nostro subministrare ea, quæ ad vitam sunt necessaria. Altera verò est conueniens; sanitas enim corporis ad conseruationem ipsius vite, multatūque meritum ad Dei gloriam & cultum spectatū executionem & effectiōnem plurimū iuuat. Tota difficultas in eo versatur, quod tam in iis, quæ ad vitam necessaria sunt, procurandis, quàm in corporis nostri valetudine conseruanda, si crepit plerumque nescio quæ delectatio sensualis. Vnde sæpe fit, vt sub prætextu conseruandæ aut recuperandæ valetudinis corporalis, ea impla, quæ valetudini valdè obsunt, auide appetamus. Quare quod ad vitæ necessitatē attinet, ita nos S. Basilius instituit: illud diligenter animaduerti debet, ne per causam necessitatis corporis, eò impingamus, vt viciis præcipuum seruiamus.

Quod autem ad corporis valetudinem spectat, similem quoque detegit fraudem Bernardus cum ait: Sūt omnia bona corporis, que ei solummodo debeamus, sanitas. Sed hic sonea est, que nolo vos lateat. Insidiatur enim viciis sanitati, & cō subtili malignitate presequi.

E. 4.

S. Bas. fl. in
Constit.
Monast.
cap. 4.

D. Bern.
serm. de
triplici
bonorum
genere.

sequitur, ut vix eam quis vel possit cauere, vel nouerit. Quia si voluptati seruitur, non sanitati, hoc iam de natura non est, sed sub natura, quod morti manus dat. *um magistrā constituit voluptatem* Hæc S. Bernardi verba meo iudicio tãti sunt ponderis, ut nesciam, an huic rei, quam tractamus, vel vtilius quidquam, vel conuenientius addi possit.

His ergo contentus, caput hoc concludam, si hoc tantum addidero, quemadmodum, meã quidẽ sententiã, maior calamitas non est, quã si homo naturã liberẽ seipsum sponte tam crudeli tyranno in seruitutem tradat, quã est caro nostras ita vicissim maximã puto esse felicitatis, qua quis in hac vita fieri potest; exco-tere semel totis viribus à ceruice intolerabile hoc iugum carnis, suarumq; passionũ, ita ut ordinatiẽ nõ secundũ peruersas carnis leges, sed secundũ rationem ac spiritum gubernetur & viuat. Quod & Plato licet gentilis intellexisse videtur in Phædone, & Plutarchus cùm ait: *Beatum esse à seruitute carnis liberari, & à passionibus eam comitantibus.* Quia verò de hac materia, capite tertio, titulo de mortificatione exteriori differuimus, simulq; varia aduersus hæc & alias fraudes, quæ circa Abnegationem carnis occurrunt, remedia præscripsimus, huic capiti finem imponam, cunctos quã possit.

AT.

offium maximè rogans, vt eò diligentius
ius rei studio sese dedât, quò magis hoc
am præclarum opus est necessarium.

CAPVT XI.

De abnegatione animæ, & in specie volun-
tatis nostræ, vt principalis illius
potentie.

Vanquam carnis & passionum eius
abnegatio, vt dictum est, magni sit
momenti, animæ tamen abnegatio
tantò est ea superior, quantò hæc ipsa pars
hominis corpore nobilior ac præstantior
est. Quemadmodum enim equus, quam-
vis indomitus & effrænis, si tamen strenuū
peritum habeat equitem sibi insidentē,
nemini nocet: sic etiam corporis viuaci-
tas, vt ait S. Basilius, non ad eò perniciofa
illi esse solet, qui ad eam refrænandam
prompto est animo ac vigilant, vt decet.
Contà verò sicuti patre familias peregrè
abeunte, mox canes domestici hæc illac
insolenter vagantur, importunis latrati-
bus omnia complent, & morsibus quos-
vis obuios aggrediuntur: ita, cum anima
matris familias munus sustinens, foras
vagatur, & negligit ea, quæ sunt sui mu-
necis, mox veluti proterui atq; importuni ca-
nes, inquit, S. Basilius, ex diuersis partibus li-
berales corpori foras se dant, & vehemèter in-
naft.

E. 5. ipsum

S. Basil.
in Con-
stit. Mo-